

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. XXV. De summa in pauperes liberalitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

38 GODEFRIDI COMITIS

adeo ut stupentibus ministris , pau-
perrimo .cuidam apud se languenti
pius atque humillimus visitator assi-
deret. De sordidissimo eius vasculo
vnâ bibere nō exhorruit , per omnia
infirmitati se contemperans , & iuxta

.Cor. 9. Apostolicam eruditionem , ita sub-
ueniens , quemadmodum sibi velle
subueniri , si eadem vel simili ægritu-
dine laboraret.

CAP. XXV.

De summa in pauperes liberalitate.

Illud quoque de hoc liberalissi-
mo Dei seruo nequaquam tegam
filatio , quod gladio adhuc accinctus ,
dum iret ad visitandū *Varlarense* cœ-
nobium cum famulo suo *Giselberto* ,
quem postea cōuersum vidimus , oc-
currit mendicus eleemosynā petens .
Mox vir misericordissimus nullate-
nus ferens vacuum abire pauperem ,
Giselberto ait : Remansit oro quicquā
in loculis ? Respōdit , ille etiam Domi-

ne

ne, da inquit pauperi. Quo factio, rur-
sus quæri iussit, siquid adhuc foret re-
siduum, iterum ergo datum est pau-
peri. Sed nec sic quieuit sancti viri
larga benignitas quo usque tertio
quoq; totū quod remanserat, paupe-
ridonaretur. Ita Trinitatis Deificæ ve-
rus confessor & cultor sine trino mu-
nere inopem præterire nequaquam
passus est. Famulo quoque suo dixit:
Demus quæso egenis quidquid va-
luerim⁹, quatenus Dei nostri bonitas
nouellam plantationem fratrum no-
strorum in Capenberg & Vartare con-
firmare dignetur.

C A P. XXVI.

*De religioso Comitis Godefridi fra-
tre, castitatis suasore.*

C Vius germanus Otto, quod præ-
tereundum non est, cum esset a-
pud Elofstat, illis in partibus diui-
næ seruitutis cultum dono Dei am-
pliavit. Manegoldus enim vir nobis-
lis & potens, cuius erant castra

C 4 duo,